Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dum appropiant sup me nocentes ut edant
carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt
& ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra non timebit
cor meum.
Si exsurgat aduersum me prelium in hoc ego sperabo.
Vnam petii a dno hanc requiram ut inhabitem
in domo dni omnibus diebus uite mee.
Vt uideam uoluntatem dni & uisitem templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die
malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me & nunc exaltauit caput meum
sup inimicos meos.
Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam
uociferationis cantabo & psalmum dicam dno
Exaudi dne uocem meam qua clamaui ad te
miserere mei & exaudi me.